

M P V I

1 6 3 1

Ny
3027





- I. Epithalamia mihi M. Iera conscripta.
- II. Elegia dua mihi et Collegis meis in Senatu conscriptae.
- III. Nuptiis Johannis Grubii et Charitatis Hirscheriana conscripta Caemina
- IV. Nuptiis Petri Matthaei Wesenbecii et Sarae Osterosia.
- V. Nuptiis Valerii Ruchgeri et Dorotisea Mariae ab Enden.
- VI. Nuptiis Johannis Hamelii et Magdalenae Hulderiana.
- VII. Gratulatio Johanni Fabricio Consuli et Collegis.
- IIIX. Nuptiis Andreae Woltzei.
- IX. Leisepredij L. M. Casparo Ulrich Angelen
- X. Nuptiis Dn. Rudolphi Principis Anhaltinae et Comitissa in Oldenburg
- XI. Nuptiis M. Caroli Jacisii.
- XII. ~~Leisepredij~~ L. M. Casparo Ulrich Angelen
- XIII. Nuptiis Frederici Hamelii.
- XIV. Nuptiis Matthaei Woltzei.
- XV. In Obitum Dorotisea Hagen Dn. Wendelini filio.
- XVI. Propemptica Dn. Martino Fuschio scripta.
- XVII. Nuptiis Dn. Johannis Ernesti Eidermanni.
- XIIIX. Leisepredij Amy. Egidij Wuyntzer gratulatio
- XIX. Propemptica Dn. Johanni Sturmio scripta.
- XX. In Honorem Magistrum Frederici Steffonis et Ernesti Wulstoppii.
- XXI. Leisepredij L. M. Johanni Brendelio gratulatio
- XXII. Nuptiis Dni Frederici Grubij.
- XXIII. Leisepredij J. Ernesto von Lotzham gratulatio
- XXIV. Gratulatio ad Dn. Rudolphum Principem Anhaltinum de filio
nato Johanne.
- XXV. Nuptiis Johannis Mutii.
- XXVI. Leisepredij Amy. Dorschii Eisdorf Valentinus Hirscherlin gratulatio
- XXVII. Ad Dn. Augustum Homagii accipiendi causa Erwig in ingressu
- XXIIIX. Nuptiis Ottonis von Jörn.


- XXIX. Nuptiis M. Christophori Nettelbeckii.
 XXX. Carmina Funeraria M. Henrici Kitchin Conjugi scripta.
 XXXI. Nuptiis Dni. Susanna Friggerlingii.
 XXXII. In Honorem Magistri Johannis Cramerii.
 XXXIII. Nuptiis M. Davids Sackii.
 XXXIV. Nuptiis Martini Milagii.
 XXXV. Nuptiis M. Felici Haustedii.
 XXXVI. Nuptiis Godfredi Ehardi.
 XXXVII. Leisepredij L. Andrea Flemingio profaliter.
 XXXVIII. Leisepredij Joha. Neuelberis profaliter.
 XXXIX. Nuptiis M. Johannis Cramerii.
 XL. In obitum Catharinae filiae M. Andreae Cramerii.
 XLI. Leisepredij Pueri Lynes L. Johannis Sturmi Ganspurg.
 XLII. Nuptiis Christiani Hamisi.
 XLIII. Panegyrici Parentali Illmo Prinçe Anhaltino emio Otto Christiano.

EX LIBRIS
 ILLUSTRISSIMI VIRI,
 DN. DAN. LVDOLPHI,
 LIB. BAR. de DANCKELMANN,
 S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
 STATUS INTIMI, cetera,
 BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
 TESTAMENTO RELICTIS.














ELEGI GRATULATORII

*Ampliss. Graviss. Clariss. Doctissimis,
Prudentissimis*

Dn. M. P E T R O à J H E N A }
Dn. J O A C H I M O H A N I S I O } C o s s .

Dn. J O H A N N I C R A M E R O
J. U. D. J u d i c i ,

Dn. J O H A N N I L I N D A V I O }
Dn. T H E O D O R O F A B R I - } C a m e -
C I O } r a r i i s .

Ceterisq; Senatorij hujus Ordinis Viris in-
tegerrimis, spectatissimis,

*Dnns. Fautoribus suis & Amicis plurimum honorandis, colen-
dis, ipso inaugurationis die, qui erat 26. Febr. Anni 1629.
Missi ab Amicis*



M A G D E B U R G I ,
T Y P I S A N D R E A E B E Z E L I I .
A N N O M . D C . X X I X .

Elegi Gratulatorij.



It tandem, quod Fata volunt; quod
 (vota Senatûs
 Crebra legunt; Virtus quod
 (Studiumq; meret!
 Mira quidem, nec ceca tamen; sint sera licebit;
 Hac si templa, scholas, Fata, forumq; regunt.
 Nolis sive velis, fias de Rhetore Consul,
 Si bona Fata volunt: Te decet ergo sequi.
 Nolis sive velis, fias de Rhetore Prætor,
 Si rata Fata volunt: Te decet ergo sequi.
 Sed sua vis Fatis! Jovæ est sua certa voluntas,
 Quodq; facit, voluit; quod voluitq;, facit,
 Jovæ regit facienda, facit directâ; Jovæ
 Anutû splendor statq; caditq; virûm!
 Ecquis enim dubitet, secreto Numine Jovæ
 Tot bona conscriptos puncta tulisse Patres?
 Nullus ego dubito; dubitet variabile vulgus!
 Clarior exemplis res facit ipsa fidem.
 Jhenius à primis tractasse fideliter annis
 Artes ingenti curæ habet ingenuas:

Abdita pervadit Sophia penetrabilia clara,
Hinc clarus titulus ipse Magisterij.
Cum Ludo, illustriam plures praefuit annos
Gymnasio, hinc quantâ dexteritate, fide!
Ille scholam, non Ille forum meditatus, ab illâ
At tamen istius culmina ductus adit.
Namq; Senatores inter sortitus habenas
Imperij, dignum Consule munus habet.
Munus habet cum Patre Patri non Filius impar
Consule par, studiis clarior Ille bonis.
Scilicet hoc Clarius virtus exercita campis,
Nota scholisq; fides promeruisse potest!
Inde schola, inde gemit Pubes studiosa Magistrum,
Utraq; Rectorem vix habitura parem.
Civis letatur, letatur Curia, curis
Pressa diu & bello, clarum habitura caput.
Hanisium Jhenio melior sententia jungit,
Imponens Socio non minus urbis onus;
Hanisium, nuper vel mille pericula passum,
Doctum, judicij dexteritate gravem,
Accedens neutri virtute vel arte secundus,
Munia Cramerus Judicis equa capit.

Nec

Nec mirum: Et doctus Sophiam Craemerus & ar-
Inde Magistrali nomine clarus erat: (tes
Nec sat: rimatus Juris mysteria & equi,
Juris adit summum Doctor in arte Gradum.
Nec satis: hunc quoties patronum lesa vocavit
Et petijt probitas candida & sensit opem:
Imò (recordor enim) quondam carbone notatum
Patroni vivis reddidit una fides.
Miretur vulgus! quid verò est, obsecro, miri,
Consulto Juris jura tenenda dari?
Non male conveniunt & in unâ sede morantur
Judex & Doctor, juris uterq; dator!
Scilicet hoc Clavis virtus exercita campis,
Nota forisq; fides promeruisse potest!
At tua, Lindavi, Camera cui tradita clavis,
Et tua, Fabrici, quem latet integritas?
Tu rerum gnarus multarum; Tuq; politus
Artibus; officio dignus uterq; suo.
Quid memorem longo reliquos ex ordine Patres
Selectos, patrii Lumina clara soli?
Nota virum pietas; studium, prudentia nota;
Notaq; mista gravi dexteritate fides.

Quid verò? Ima fugit virtus; petit ardua virtus;
Muniaq; ingenuo digna labore refert.
Hos igitur merito Patrum sententia tantos
Fascibus admovit; sceptraregenda dedit.
Inunc & dubita secreto numine Jovæ
Tot bona conscriptos puncta tulisse Patres!
Non cecis sanè fatis; hæc Numine Jovæ
Lecta Senatorum est docta gravisq; Decas!
Ergo Ego cuiq; suum meritum gratatus honorem,
Pectore, ceu poscit res pietasq;, precor:
Mens sit sana Viris; redeat pax aurea; crescat
Publica Res; vigeant Curia, Tempia, Schola!

missi

à

M. Ernesto VVulstorpio S. A. Pastore
Bornumensis & Cive Servestano.



Ad Clariss. & Doctiss. Virum

Dn.

M. PETRUM à JENA

Consulem Digniss.



Rbs Sorabum varijs fuit haectenus
acta procellis,
Et varias subiit, non sine cla-
de, vices.

Dum tot sublatis Reetoribus atq; Magistris,
Erravit mediâ ut naufraga puppis, aquâ.

Quâq; suæ tandem sarciret damna ruinae,
Indagata diu nulla medela fuit.

Jam tandem auspicijs divini Numinis, ipsi
Vexatae huic urbi blandior aura micat.

Qua tibi rerum urbis summa est commissa
potestas,

Sic Princeps, lecti sic voluere Patres.

Hos ergo fasces & sceptrâ oblata capesse,
Auspicijs lætis ominibusq; pijs.

Tutare hanc urbem, sat diro à milite pressam,
Exhaustam cunctis, ò fera bella! bonis.

Vexa

Vexata m̄q; fame, vulcani ac ignibus iētā,
Et quisnam posset cuncta referre mala?
Sed cape nunc Consul fasces, quos Curia de-
fert,

Facilli redeat, qui fuit antè, nitor.
Quod pater est gnatis, tu civibus esto: Patro-
nus

Pauperis, afflicti firma columna gregis.
Erige, quando potes, nutantem providus
urbem

Lex suprema tibi sit populi una salus.
Et Collegarum nostri memor esto Lijcei,
Pro te, proq; tuis qui pia vota ferunt.
Sic tibi præsto aderit divina potentia semper,
Atq; dabit factis præmia justa tuis.
Et tandem lætum, post tot tantosq; labores,
Excipient superæ te populumq; plagæ.

*M. Martinus Cramerus, Scholæ
Serevestane, Corrector.*

Nr 3027.

8

ULB Halle 3
002 804 379




77 → 01


VJ 77

Retros ✓

M







//

ELEGI GRATULATORII

*Ampliss. Graviss. Clariss. Doctissimis,
Prudentissimis*

Dn. M. P E T R O à J H E N A }
Dn. J O A C H I M O H A N I S I O } C o s s .
Dn. J O H A N N I C R A M E R O
J. U. D. J u d i c i ,
Dn. J O H A N N I L I N D A V I O }
Dn. T H E O D O R O F A B R I - } C a m e -
C I O } r a r i i s .

Ceterisq; Senatorij hujus Ordinis Viris in-
tegrissimis, spectatissimis,

*Dnno. Fautoribus suis & Amicis plurimum honorandis, colen-
dis, ipso inaugurationis die, qui erat 26. Febr. Anni 1629.
Missi ab Amicis*



M A G D E B U R G I ,
T Y P I S A N D R E A E B E Z E L I I ,
A N N O M . D C . X X I X .

